

navero, et nulla scussia (1) publica, et angarias ab eis exigatur, sed liceat eos, vel eas sub vera deliberatione, qui in eis habitare voluerit, semper persistant, atque permaneant etc. Et infra continetur sic videlicet: de eo autem monasterio sancti Hilarii, ita volo, atque precipio, si ista ordinatio, que nunc facta est Deusdedit presbitero stabitita fuerint, volo ut centum sexaginta libras argenti in ipso detur monasterio . . . silvas, quas antea gloriosus Dux Agnellus genitor meus,, quando de Ecclesia sancti Servuli ipsum transmutavit monasterium cum prefacta Ecclesia Beati Servuli, ibi perpetualiter dereliquit et prenominatas terras, et sylvas cum suis circumdatis lateribus, quod est primo latus a fluvio, quod dicitur Clarino descendente in fluvio, qui dicitur Gambararia, et inde descendente in fossa que dicitur Ruga et inde descendente in canale . . . de loco, qui vocatur Luva, per currente in canale de Seuco usque in aquis salsis, alio vere latere da (2) prefato loco Clarino descendente in finalibus, que dicitur Aurelia, et inde perveniente per canale, qui dicitur Avisa pere xiente in fluvio Une, super quo prefato Monasterio edificatum esse videtur, sicut ipse constituit, ita ego confirmo perpetualiter habendum, et insuper volo, et concedo, ut sit in ipso jam dicto Monasterio beati Hilarii per remedium anime mee de rebus proprietatis mee, quod habere, et ad meis manibus detinere visus sum prope se invicem coherentem, quod sunt inter totum mas saristas quindecim.

Primo loco, fundo, qui dicitur Bursino, cum casis, curtis, hortis, terris, sylvis et pascuis ad se pertinentibus prope loco, qui dicitur Stornapetra. Secundo loco, qui dicitur Cautana cum casis, curtis, hortis, terris, sylvis, et pascuis ad se pertinentibus. Tercio loco qui vocatur Scorpetho, capite firmante in Cantenella cum casis, curtis, hortis, terris, vineis sylvis, et pascuis ad se pertinentibus. Quarto loco, qui dicitur Telido justa latera Pluve ga, qui dicitur Vulpino cum casis, curtis, hortis, terris, vineis, sylvis et pascuis ad se pertinentibus. Quinto loco, qui dicitur Manoniga ibi da olio latere Vulpino cum casis, curtis, hortis, terris, sylvis et pascuis ad se pertinentibus. Sexto loco, qui dicitur

(1) *Scossione, esazione.*

(2) Si noti quella preposizione *da*.